Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

aurum uel argentum. Apud quemcumque
seruorum tuorum inuentum fuerit
quod queris moriatur. et nos serui
erimus domini nostri. Qui dixit
eis. fiat iuxta uestram sententiam. A
pud quemcumque fuerit inuentum ipse
sit seruus meus. uos autem liberi eritis
et innoxii. Itaque festinanter deponen
tes in terra saccos aperuerunt sin
guli. Quos scrutatus incipiens a ma
iore usque ad minimum. inuenit sci
phum in sacco beniamin. At illi scis
sis uestibus. honeratis que rursum a
sinis. reuersi sunt in oppidum ad ioseph.
nec dum enim de loco abierat. omnes
que ante eum in terram pariter
corruerunt. Quibus ille ait. Cur
sic agere uoluistis? an ignoratis quod
non sit similis mei in augurandi
scientia. Cui iudas. Quid respondebimus
inquit domino meo. aut
quid loquemur. aut quid iuste poterimus
obtendere. Deus inuenit ini
quitatem seruorum suorum. En
omnes serui sumus domini mei. et nos
et apud quem inuentus est sciphus.
Respondit ioseph. Absit a me ut sic
faciam. Qui furatus est sciphum.
ipse meus seruus sit. uos autem liberi
abite ad patrem uestrum. Accedens
propius iudas confidenter ait. Oro
domine mi. loquatur seruus tuus
uerbum in auribus tuis et ne i
rascaris famulo tuo. Tu es enim
post pharaonem dominus meus. In
terrogasti prius seruos tuos. Habetis
patrem aut fratrem. et nos respon
dimus tibi domino meo. Est nobis
pater senex. et puer paruulus qui in
senectute illius natus est. Cuius

uterinus frater mortuus est. et ipsum
solum habet mater sua. pater uero tenere
diligit eum. Dixisti que seruis tuis.
adducite eum ad me. et ponam ocu
los meos super eum. Suggessimus
tibi domino meo. Non potest puer
relinquere patrem suum. si enim illum
dimiserit morietur. et dixisti seruis
tuis. Nisi uenerit frater uester mini
mus uobiscum. non uidebitis faciem
meam amplius. Cum ergo ascen
dissemus ad famulum tuum patrem
nostrum. narrauimus ei omnia que
locutus est dominus meus. Et dixit
pater noster. Reuertimini et emite
nobis parum tritici. Cui diximus
Ire non possumus. Si autem frater noster
minimus descenderit nobiscum. pro
ficiscemur simul. alioquin illo absen
te non audemus uidere faciem uiri.
At ille respondit. Vos scitis quod duos
filios genuerit michi uxor mea. E
gressus est unus et dixistis. Bestia
deuorauit eum. et hucusque non compa
ret. Si tuleritis etiam istum michi.
aut aliquid aduersi ei in uia conti
gerit. deducetis canos meos cum
merore ad inferos. Igitur si intra
uero ad seruum tuum patrem nos
trum. et puer defuerit. cum anima illius
ex huius anima dependeat. uiderit que eum
non esse nobiscum morietur. et deducent
famuli tui canos eius cum do
lore ad inferos. Ego proprie pro eo
seruus tuus ero. qui in fidem meam
hunc recepi. et spopondi dicens. Nisi
reduxero eum. peccati reus ero in pa
trem meum omni tempore. Manebo
itaque seruus tuus pro puero in mi
nisterio domini mei. et puer ascen